aliqui qui confitentur
et cum non ponunt peccata
dimittere illi non ha-
bent oris qui pro pec-
catis nichil volunt
sustinere. Dei habent
veritatem operis. Unde
vitam nostram per misericordiam
et veritatem et alias
virtutes ita disponamus
ut dominus ad venire
dignetur et nos cum
eo perpetue maneamus
quod nobis prestare dig-
netur pater et filius et
spiritus sanctus. Amen

5) Evangelizo vobis
gaudium magnum
Istud verbum propositum
Primo non dixit huma-
na lingua sed angelus
dei dixit ad pasto-
res et nunciavit eis
novum gaudium. Di-
cit ergo evangelista
Annuncio vobis gau-
dium magnum quod erit
omni populo. Nota quod
in nativitate domini
gaudium fuit celo
terre et populo. Celum

ideo gaudebat quod
ad hoc natus est xpc
quod ruinam angelorum
voluit adimplere
Exemplum. Quidam
rex nomine octavianus
fuit tam solempnis
iudex et tam iustus
quod ipsum pro deo colere
volebat et licet esset
gentilis ob hoc ab-
horruit vocavit unam
mulierem nomine sibilla
prophetisa quia tam sapi-
ens erat quod futura
predixit quia in astro-
nomia comparata fuit
que sunt si pro deo
celi colere deberet
que secum intrando
quadam pallacium et
dum sol splenderet
per fenestram respexit
in solem in qua sola
sedebat pulchra quod
puerum eligantem in
gremio habebat
hunc ostendit imperatori
dicens Hunc adora
quia est deus celi et
terre que statim